Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

in hoc quod Iudeis furentibus
se absentavit. In hoc dedit nobis
exemplum ne in misterias nos ingeramus [in margin: immisceamus]
et homines contentiosos et rixosos
vitemus et maxime qui ex nostris cor-
rectionibus peiores fieri viderentur.
Sunt enim quidam qui sunt sicut cera
mollis. Alii sunt [in margin: ut / velud] lapides duri.
Alii autem sicut spine pungentes. Primi
sunt molles sicut cera. Cera mol-
lis si tangitur statim cedit sic sunt
multi ita mansueti quod quando tangun-
tur id est reprehenduntur statim obediunt
et ad omne opus se dant promptitudine qui-
que persona dicitur per prophetam factum est
cor meum sicut cera liquescens. Ta-
les sunt sepe ammonendi sicut dicitur Eccl.
Iustus si moveri non fuit pre-
stientiam evanescat(?). Alii enim sunt sicut
lapides. Lapis si tangitur non cedit
tamen non ledit [in margin: etsi tangitur] sic sunt multi quando re-
prehenduntur non obediunt sed in sua
duritia persistunt. De quo Iob. Cor
eius indurabitur quasi lapis. Tales sunt
sepe ammonendi et reprehendendi quia
sepe mollescunt et corriguntur. La-
pis ex frequenti casu aque exca-
vatur. Sic multotiens homines duri ex
frequenti reprehensione corriguntur.
Alii sunt sicut spine. Nam spina si tan-
gitur non cedit sed insuper pungit.
Sic sunt multi qui cum corriguntur non
emendant se sed insuper mise reprehen-
dentes verba contumeliosa referunt
et ideo quia tales vult reprehendere quia
sit valde patiens exemplum Christi. Unde et cetera.
Rogemus. [in margin: in die palmarum]

In die palmarum

Cum appropinquasset ihesus et cetera.
Consuetudo fuit me-
ditatos(?) quando aliquis princeps ab
hostibus cum victoria rediebat populus
ei occurrebat et laudes ei cum
psalmis(?) ei canebat. Sic legitur de
Saul et David. Sic et dominus postquam La-
zarum resuscitavit a morte et de
Bethania que distat a Ierusalem
xv stadiis rediret in Ierusalem pueri
hebreorum occurrerunt ei et suscepe-
runt eum cum gaudio magno et ho-
nore quod celestis laus sit. Nota [in margin: dicentes osanna filio david benedictus qui venit]
quatuor honores et obsequia fuerunt
ei exhibita illo die. Primum ob-
sequium fuit sibi exhibitum a discipulis.
Sciens autem ihesus quod appropinquavit tempus
passionis eius cum venisset Bethpha-
ge que erat vicus sacerdotum in mon-
te oliveti misit duos discipulos
scilicet petrum et philippum precepit eis
ut adducerent sibi asinam et pullum eius.
Secundum obsequium fuit sibi exhibitum [in margin: al' ab inimicis]
ab animalibus. Dicitur enim quod erat in Ierusalem
quedam asina que serviebat(?) pro paupe-
ribus ad portandum aquam quia civitas
in alto stabat vel pro alia opera necessaria
et erat ante domum alicuius ligata
et qui ea indigebat ab illo
tenebat illo die et postea pabula-
bat eam et reducebat eam ad
locum suum. Pullus autem per eodem
ope servabatur et super hunc pullum
per quoddam examen(?) christus sedit et
equitavit in Ierusalem. Tertium
obsequium fuit sibi exhibitum a turbis
quia quidam eorum sternebant vestimen-
ta in via quidam ramos olivarum
et ista faciebant propter mirabilia
que fecit et maxime propter resuscitati-
onem lazari sicut dicitur Iohannis et erat
ut iumentum lenius et sine lesio-
ne incederet. Quartum obsequium
fuit sibi exhibitum a pueris qui cla-
mabant osanna filio david. Ipsi